

4286 pars tabulae marmoreae a tribus partibus fractae, supra integrae (0,10 × 0,123). Litterae, quarum formam non ita bonam videas in imagine quam editor praebet, a. 0,024–0,023. Rep. *decumano, nel tratto tra la via della fontana e l'ingresso del teatro*. Est in repositis musei Ostiensis.

her}C·AVGVST·|
 ex anaglyphis supersunt:
 caput Herculis corona (capiti
 barbatum a dea imponenda?)

Contuli ad imaginem et ad lapidem. Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 100 n. 1.
 [Her]c(uli) August(o) ---

4287 basis, ut videtur; superne laesa, lapidis Tiburtini; a. ca. 0,50. Rep. *a poca distanza dalla tomba di Fabio Hermogene* (v. infra n. 4642); collocata est ad viam sepulcralem, venienti a porta, quae iuxta Romanam sita est, a parte dextra.

HERCVLI
 HERMOGENIANO
 SACRVM

Recognovi; mea causa iterum contulit A. v. Gerkan. Calza *Not. d. sc.* 1923 p. 398.

Editor dedicationem aliquo modo cohaerere putat cum Fabio Hermogene (v. infra n. 4642 sq.); fortasse recte. Cognomina Herculis a nominibus propriis derivata invenies Dessau *Inscr. Lat. sel.* III p. 532. *RE VIII* c. 593.

4288 basis marmorea, litteris bonis; nescio an titulus in litura scriptus sit. Exstat in insula sacra, in horto prope domum quae *casa dei combattenti* vocatur.

HERCVLI·INVIC
 TO·SACRVM
 D·CAECILIVS·APRILIS
 IVSSV·EIVS·STATVAM
 5 CVM BASI
 INPENS A SVA
 POSVIT-

Descripsi. Nuper edidit Calza *Not. d. sc.* 1928 p. 174 n. 19.

4289 fragmentum tabulae marmoreae (0,09 × 0,11 × 0,02).

... MI ...
 ... TREB ...
 HERCV ...

Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 307. Insero hic propter v. 3, dubitans.

4290 [= Eph. VII 1194] basis marmorea. Nescio an titulus in litura scriptus sit; spatium scripturae destinatum a. 0,29, l. 0,30. Litterae bonae, v. 1 a. 0,025, v. 2 a. 0,03, cet. 0,02–0,018. Rep. *nelle terme Antoniniane*; est ibidem.

P·CORNELIVS·P·F
 VICTORINVS
 in latere sinistro: ISIACVS·ET·ANVBIACVS
 urceus ET·DECYRIALIS·SCRIBA
 5 LIBRARIVS·COL·OST
 SIGNVM·MARTIS·CVM
 EQVILIOLO·ISIDI
 REGINAE RESTITVTRICI
 SALVTIS SVAE
 10 · D · D ·

Contuli. Dessau l. c. (recognoverunt Huelsen et Mau). Lanciani *Not. d. sc.* 1888 p. 740.

1 sq. idem Cornelius Victorinus Isiacus filiae posuit titulum supra n. 343. — 4 sq. nota decuriam scribam librum hominem ingenuum; unde re-felluntur ea quae adnotavi ad n. 346 v. 3^o Dessau l. c. Sed cf. infra n. 4642 not. — 7 *equiolus* ductum ab *eculeo* i. e. *equoleo* scripsit mihi Guil. Schulze.

4291 [= Eph. IX 435] fragmentum tabulae lapidis Tiburtini marginatae, a. ca. 0,39, l. ca. 0,42, cr. 0,095. Rep. in alluvie Tiberis, in ripa fluminis sinistra (*in un punto intermedio tra il gruppo degli horrea e quei ruderi di antichissima costruzione, designati generalmente come avanzi di navalia BORSARI*). Exstat Ostiae ad portam castelli (musei), intranti a dextra.

D·V·O·Vir 8,5
 ISI·ET·Serapi 8
 tab ERNA S 6

Descripsi. Borsari *Not. d. sc.* 1892 p. 161, qui supplevit; inde Gatti *Bull. comun.* 1892 p. 373. Dessau l. c.

4292 cippi quattuor inter se aequales lapidis Tiburtini (0,77 × 0,24; litterae a. ca. 0,055). Positi sunt in quattuor angulis sanctuarii cuiusdam quod exstat in parte orientali areae quattuor templorum.

I·O·M·S
 I(ovi) O(ptimo) M(aximo) s(acrum)

Vidi cippos tres; quartus nunc latet. Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 183. Cf. Paribeni *Mon. ant. dei Lincei XXIII* c. 466 sqq.

Parietes sanctuarii tecto carentis, quod Iovi Optimo Maximo dedicatum fuisse cippi docent, assignari possunt, ut mihi interroganti scripsit A. v. Gerkan, aetati quae pertinet a dictatore Caesare usque ad Claudium. Cippi ipsi aetate vetustiores termini fuerunt areae sacrae, quae postea parietibus cingebatur cippis non remotis; cf. Paribeni l. c. Ceterum iam anno a. Chr. 199 Ostiae sanctuarium Iovis fuisse scimus ex narratione Livii XXXII 1, 10, de qua Vaglieri monet.

4293 basis marmorea mutilata. Spatium scripturae destinatum a sinistra integrum est; nunc altum est 0,15, l. 0,30; litt. a. 0,024–0,015. Rep. *casa dei triclinii*. Asservatur *casone del sale (ufficio degli scavi)*.

~~I·O·V·I·O·P·T·I·M·O·M·A·X·I·M·O~~
 Q·V·A·R·I·V·S·S·E·C·V·N·D·U·S
 V·I·V·I·R·A·V·G·I·D·E·M·q·q·
 E·X·V·I·S·O·L·A·R·E·S·A·R·G·E·N·T·E·O·S
 5 N·X·C·V·M·H·Y·P·O·B·A·S·I·A·R·G·E·N·T·E·A
 E·T·T·I·T·V·L·O·D·O·N·V·M·dedit

Descripsi. Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 397 n. 40.

*Iovi Optimo Maxim[o] Q. Varius Secund[us] VIvir Aug[ustalis] idem [q(uin)-q(uennalis)] ex viso Lares argen[teos] n(umero) X cum hypobasi ar[gent(ea)] et titulo donum [dedit]. — 4 Lares argenteos septem legat aliquis testamento C. X 6 = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 5471.*

4294 tabula marmorea, a. 0,172, l. 0,468, cr. 0,025. Litterae bonae, a. 0,05. Rep. *via della fullonica*. Est in repositis musei Ostiensis.

FVLGVR·DIVVM

Descripsi. Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 47.

Fulgur divum (DIVM ed., haud accurate). Cf. Dessau *Inscr. Lat. sel.* 3054 sqq. et titulum, qui sequitur. Mommsen *Ges. Schr.* VIII p. 5 not. 1. Wissowa *Religion u. Kultus der Römer* 2 p. 122. Cesano *Dizion. epigr.* III c. 332 sqq. *Not. d. sc.* 1926 p. 205. Imaginem lapidis similis exhibet Lafaye *Bull. de la soc. nat. des antiquaires de France* 1904 p. 207. Cf. etiam infra n. 4536. 4540.